



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Ordine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

De Ordine.

T I T. X.

ORDO, est Sacramentum Ecclesiæ, quo superior manum imponens ordinato potestatem Ecclesiasticam tribuit. *c. ult. de sacram. non iterand.*

Potestas ea vel est *Ordinis*, vel *Iurisdictionis*; Sub illa cadit verbi divini ministerium, administratio Sacramentorum; Ecclesiarum ordinatio ad ædificationem: sub hac potestas excommunicandi, pœnitentes absolvendi, peccata retinendi.

Præcipua ea potestas, quæ ad Eucharistiæ Sacramentum refertur, in Sacerdote quidem plena & perfecta; ut qui unus illud potest confiscere: in aliis inferiorum ordinum ministris major, vel minor, quo quisque ministerio suo magis minusve ad Altaris Sacramentum accedit.

Sed de hujus Sacramenti speciebus, differentiis, gradibus, satis superiore libro diximus.

Hic addimus ex omnibus ordinibus unum tantum Sacramentum constitui; non autem singulos ordines separatim Sacramentum esse. *sec. Canon. & Cucchum, in Institut. major. hoc. tit.*

De Matrimonio.

T I T. XI.

SEquitur de matrimonio; quod, quoad divinam in paradiſo institutionem, divinique mysterii effectum, Sacramentis annumeratur.

Est matrimonium, viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem, cum divini & humani juris communicatione, continens. *in sum. 27. qu. 2. §. sunt. c. illud. 11. de præsumt.*

Eius bona sunt, præter Sacramentum, fides, proles, fornicationis remedium. *can. 10. omne. 27. qu. 2.*

Illud